Rosszkowski **Quietatur.**

Coram officio et Actis praesentibus Castren Capitan Branscensibus personaliter com
parens Nobilis Petrus olim Mathiae Leszczewski nomine suo et Nobilis Valentini
fratris sui unione a quo de rato et grato cavet sanus mente et corpore existens pa.
lam publice ac libere recognovit. Quia sibi Nobilis Joannes olim Alberti Roszko
wski avunculus suus Decem sexagenas polon debiti coram Actis authenticis
inscripti realiter et ex integro persolvit ideo ipsum quietat Inscriptionem
cum toto eius effectu cassat et annihilat perpetuis temporibus.

Perkowski **Obligatio**

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Branscensibus
personaliter comparens Nobilis Petrus olim Arnolphi Perkowski de Perki Noua
hryszychy haeres sanus mente et corpore existens palam libereque recognovit. Quia
Nobili Thomae Perkowski fratri suo germano totam et integram sortem suam
bonorum omnium mobilium et immobilium in haereditate Perki Noua hryszychy
consisten se quovis modo et iuris titulo concernen in areis hortis agris pratis
campis sylvis et cum omnibus utilitatibus fructibus proventibus redditibus
attinentijs et pertinen nullis exceptis in Duodecim sexagenis polon hinc usque
ad exemptionem et summae praefatae integram et indivisam exolutionem
obligavit et inscripsit. Cui iam exnunc Introven realem cum actuali ac pa.
cifica possessione per Mtem et Ntes duos officiose acceptan dat et
admittit Pacemque tuitionem et Evictionem omnimodam occasione praemissorum
ab omni impedimento iuridico quarumuis personarum propinquarum et remo
tarum toto tempore tenutae eiusmodi cavet. Sub vadio simili aliarum Duo
decem sexagenarum polon Et coram officio praesenti peremptoria responsio
ne omnibus in Universum iuris remedijs et defensis legalibusque impedi
mentis se et suos successores uti abscribendo et abrenunciando.

Kostry Litwa **Obligatio**

Coram officio et Actis praesentibus Castren Capitanealibus Branscensibus
personaliter comparens Nobilis Andreas olim Joannis Roslanowicz Kostro
sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia Nli
Mathiae filio olim Petri Kostro de Litwa haeredi et ipsius posteris bonorum
suorum immobilium in haereditate Kostry Litwa sitorum in campo Duodecim
sulcos a pariete polna versus granicziem Stawreiowska per novem Zonas
protenden Item Unum cum medio morgos inter metas Joannis filiastri sui et
successorum olim Petri Kostro Camerarij Terrae Bielscensis iacen cum agris
et omnibus utilitatibus fructibus proventibus redditibus attinen et pertinen